

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

aut inmoderationis in rebus concessis, facit ueritatem confessionis, & uenit ad lucem in operibus bonis; quoniam minuta peccata plura si neglegantur occidunt; minutae sunt guttae quae flumina implent! minuta sunt grana harenae, sed simulta haec inponatur, premit atque obprimit, hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus intruens; paulatim per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhauriendo mergit nauem; quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere ne obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo. Inter autem huius saeculi molestum est, plenum est temptationibus; in rebus prosperis ne extollat! in rebus aduersis ne frangat; qui tibi dedit felicitatem huius saeculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem. Rursumque, quae flagellat in isto saeculo, ad emendationem non ad damnationem facit; fert patrem erudientem, ne sentias iudicem punientem; haec cotidie dicimus uobis, & sepe dicenda sunt, quia bona & salutaria sunt, **EXPLICIT TRACTATUS XII.**

**INCIPIT XIII. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. POST HAEC UENIT IHS ET DISCIPULI EIUS IN IUDAEA TERRAM ET ILLUC DEMORABATUR CUM EIS ET BAPTIZABAT. USQUE. QUI HABET SPONSAM SPONSUS EST. AMICUS AUTEM SPONSI QUI STAT ET AUDIT EUM GAUDIO GAUDET PROPTER UOCEM SPONSI.**

**O**rdo lectionis euangelicae secundum iohannem, sicut potestis meminisse qui curam geritis pro uectus uestri, ita sequitur ut haec quae modo lecta est, hodie nobis tractanda proponatur, ab ipso principio usque, ad hodiernam lectionem quae supra dicta sunt meministis iam esse tractata; & si forte inde multa estis obliti, certe uel officium nostrum mandet in uestra memoria quae hinc audieritis de baptismo iohannis; & si non tenetis omnia, audisse uos tamen credo quod teneatis quae dicta sunt, & iam quare spiritus sanctus in columbae specie apparuit, & quomodo illa nodosissima quaestio soluta sit, quia nescio quid quod non nouerat, didicit iohannes in domino per columbam cum eum iam nouisset, quando uenienti ut baptizaretur ait, ego te deo deo baptizari & tu uenis ad me, quando ei dominus respondit, sine modo ut impleatur omnis iustitia; nunc ergo ad eundem iohannem cogit nos ordo lectionis reuertit; ipse est ille qui prophetaus est per esaiam; uox clamantis in deserto, parate uiam domino, rectas facite semitas eius; tale testimonium reddidit domino suo, & quia ille dignatus est amico suo, dominusque, ipsius & amicus ipsius, perhibuit & ipse testimonium iohanni; dixit enim de iohanne, In natis mulierum nemo exsurrexit maior iohanne baptista, sed quia se illi praeposuit in hoc quod plus erat iohanne, dominus erat; qui autem minor est inquit in regno caelorum, maior illo est; minor natiuitate, maior potestate, maior diuinitate, maiestate, claritate, tamquam

In principio erat uerbum & uerbum erat apud dñm & dñs erat uerbum; Sic autē  
 perhibuerat in superioribus lectionibus iohannes dño testimonium. ut filiū  
 dī quidem diceret & dñm non diceret. nec tamen negaret; Tacuerat dñm. non  
 negauerat dñm; sed non omnino tacuit dñm; fortassis enim inuenimus hoc  
 in hodierna lectione; dixerat filium dī. sed dicti sunt & homines filii dī; Dixe-  
 rat tantae excellentiae illum fuisse. ut non esset ipse dignus corrigiam cal-  
 ciamenti eius soluere; Jam magnitudo ista multum dat intellegi. cuius  
 non erat dignus corrigiam calciamenti soluere. ille quonemo surrexerat  
 maior in natis mulierum; plus enim erat omnibus hominibus & angelis;  
 nam angelum inuenimus prohibuisse. ne homo illi ad pedes caderet; Cū enī  
 quaedam in apocalypsi angelus ostenderet iohanni qui scripsit hoc euangelium.  
 conterritus magnitudine uisionis iohannes cecidit ad pedes angeli; & ille  
 surge uide ne feceris hoc. illum adora id est dñm; nam ego conseruus tuus sū.  
 & fratrum tuorum; Cadere ergo sibi ad pedes hominem angelus prohibuit;  
 nonne manifestum est quia super omnes angelos est. cur talis homo quo  
 maior nemo surrexit in natis mulierum dicit indignum se esse soluere  
 corrigiam calciamenti; Tamen aliquid euidentius dicit iohannes. quia dñs est  
 dñr noster ih̄s xp̄s; inueniamus hoc in praesenti lectione. quia forte & de illo  
 cantauimus. regnauit dñs super omnem terram. Contra quod surdi sunt qui  
 putant eum in africa sola regnare; Non enim non dictum est de xp̄o. cum dic-  
 tum est regnauit dñs super omnem terram; quis est enim alius rex noster  
 nisi dñs noster ih̄s xp̄s. ipse est rex noster; & quid audistis in ipso psalmo  
 recenti uersu modo cantato. psallite dō nostro psallite. psallite regi nostro  
 psallite; quem dixit dñm. ipsum dixit regem nostrum; psallite dō nostro.  
 psallite regi nostro. psallite intellegenter; Ne in una parte uelis intellegere  
 cui psallis. qñm rex omnis terrae dñs; & quomodo est omnis terrae rex qui  
 uisus est in una parte terrarum in iherosolyma. in iudaea ambulans inter  
 homines. natus. sugens. crescens. manducans. bibens. uigilans. dormiens. fa-  
 tigatus. ad puteum sedens. comprehensus. flagellatus. sputis inlatus. spinis  
 coronatus. ligno suspensus. lancea percussus. mortuus. sepultus. quomodo  
 ergo rex omnis terrae. quod uidebatur in loco caro erat. oculis carnis caro  
 apparebat. in carne mortali maiestas immortalis occultabatur; & quibus oculis  
 maiestas immortalis penetrata conpage carnis poterit intueri. est alius oculus.  
 est interior oculus; non enim nullos oculos habebat & tobis. quando caecus  
 oculis corporeis filio dabat praecepta uitae; ille patri manum tenebat ut pe-  
 dibus ambularet. ille filio consiliū ut uiam iustitiae teneret; & hac oculos ui-  
 deo. & hac oculos intellego. & meliores oculi dantis uitae consilium. quam

oculi tenentis manum, tales oculos quaerebat & ih̄s quando ait philippo, tanto  
 tempore uobiscum sum & non cognouistis me, tales oculos quaerebat, cum ait,  
 philippe qui me uidet & patrem, isti oculi in intelligentia sunt. isti  
 oculi in mente sunt. ad eo<sup>ut</sup> cum dixisset psalmus. q̄m rex omnis terrae d̄s. subie  
 cit statim. psallite intelligenter; quod enim dico psallite dō nostro psallite d̄m  
 dico regem nostrum; sed regem nostrum inter homines uidistis. tamquā hominē  
 uidistis passum crucifixum. mortuum. latebat aliquid in illa carne quam oculis  
 carnis uideret potuistis; quid ibi latebat. psallite intelligenter; nolite oculis que  
 retere quod mente conspiciatur; psallite lingua. quia inter uos caro. sed quia uerbū  
 caro factum est & habitauit in nobis. reddite sonum carni. reddite dō mentis  
 obatum. psallite intelligenter. & uidetis quia uerbum caro factum est & habita  
 uit in nobis; Dicat & iohannes testimonium. Post haec uenit ih̄s & discipuli  
 eius in iudaeam terram & illic demorabatur cum eis & baptizabat; baptizatus  
 baptizabat. Non eo baptismo baptizabat quo baptizatus est; Dicit baptismum d̄ns  
 baptizatus a seruo. ostendens humilitatis uiam & perducens ad baptismum d̄ni.  
 hoc est baptismum suum. praebendo humilitatis exemplum. quia ipse non respuit  
 baptismum serui; & in baptismo serui uia praeparabatur d̄no. & baptizatus d̄ns  
 uiam fecit se uenientibus; ipsum audiamus. Ego sum uia & uita & ueritas. Si ueri  
 tatem quaeris. uiam tene; nam ipsa est uia quae est ueritas. ipsa est quo is. ipsa est  
 qua is. non per aliud is ad illud. non per aliud uenis ad x̄pm; per x̄pm ad x̄pm  
 uenis; quomodo per x̄pm ad x̄pm. per x̄pm hominem ad x̄pm d̄m. per uerbū  
 carnem factum. ad uerbum quod in principio erat d̄s apud d̄m. ab eo quod man  
 ducavit homo ad illud quod cotidie manducant angeli; sic enim scriptum est;  
 panem angelorum manducavit homo. panem caeli dedit illis. panem angelorū  
 manducavit homo; quis est panis angelorum. In principio erat uerbum & uer  
 bum erat apud d̄m & d̄s erat uerbum; quomodo panem angelorum mandu  
 cauit homo. & uerbum caro factum est & habitauit in nobis; sed quia diximus  
 manducate angelos. fr̄s ne putetis morsibus fieri; nam si hoc intellexeritis.  
 quasi dilaniatur d̄s quem manducant angeli; quis dilaniat iustitiam. sed  
 rursum mihi aliquis dicit; & quis est qui manducat iustitiam; unde ergo  
 beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. q̄m ipsi saturabuntur. Cibum quem  
 manducas tu per carnem ut reficiaris tu. ille deficit. ut reparat te consumit.  
 manduca iustitiam & tu reficeris. & illa integra perseuerat. quomodo uiden  
 do lucem istam corpoream reficiuntur isti oculi nostri. & res est corporea  
 quae uidetur oculis corporeis; multa enim cum fuerint diutius in tenebris.  
 infirmatur acies ipsorum quasi ieiunio lucis. fraudati oculi cibo suo. luce  
 quippe pascuntur; Defragantur ieiunio & debilitantur. ita ut ipsam lucē

qui reficiuntur, uideat non possint. & si diutius fuerit extinguuntur. tamquam  
 mortui in eis ipsa acies lucis; quid ergo; quia tot oculi cotidie luce ista pascuntur.  
 minor fit. & illi reficiuntur. & ipsa integra per manet. Si hoc potuit deus de luce cor  
 poreis corporeis oculis exhibere. non exhibet mundis cordibus lucem illam infati  
 gabilem. integram per seuerantem. nulla ex parte deficientem. quam lucem  
 in principio erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum. uideamus  
 si lux est. quoniam apud te est fons uitae & in lumine tuo uidebimus lumen. In terra  
 aliud est fons. aliud lumen; si tuens queris fontem & ut peruenias ad fontem  
 quaeris lucem. & si dies non est accendis lucer nam ut ad fontem peruenias;  
 fons ille ipsa est lux; si tuens fons est. caeco lux est; aperiuntur oculi ut uide  
 ant lucem. aperiuntur fauces cordis ut bibant fontem; quod bibis hoc uides. hoc  
 audis. totum tibi fit deus. quia horum quae diligis totum tibi est; si uisibilia ad ten  
 das. nec panis est deus. nec aqua est deus. nec lux ista est deus. nec uestis est deus. nec do  
 mus est deus. omnia enim haec uisibilia sunt & singula sunt; quod est panis non  
 hoc est aqua. & quod est uestis non hoc est domus. & quod sunt ista non hoc est  
 deus. uisibilia enim sunt; deus tibi totum est; si esuris panis tibi est. si sitis. aqua tibi  
 est. si in tenebris es. lumen tibi est. quia incorruptibilis manet. si nudus es.  
 in mortalitate uestis tibi est. cum corruptibile hoc induerit incorruptionem.  
 & mortale hoc induerit immortalitatem. omnia possunt dici deo. & nihil  
 digne dicitur deo; nihil latius hac inopia; quaeris congruum nomen. non inue  
 nis. quaeris quo quomodo dicesse omnia inuenis; quid simile agnus & leo. de  
 christo utrumque dictum est; ecce agnus dei; quomodo leo. uicit leo de tribu iuda;  
 audiamus iohannem. Baptizabat ihesus. Diximus quia baptizabat ihesus quomodo  
 ihesus. quomodo deus. quomodo deus filius. quomodo uerbum. sed uerbum caro fac  
 tum est. Erat autem & iohannes baptizans in fenon iuxta salim; locus quidam <sup>est</sup> salim  
 nam intellegitur quia lacus erat. Quia aquae multae erant ibi. & ueniebant  
 & baptizabantur; nondum enim missus erat in carcerem iohannes; si memi  
 nistis ecce iterum dico; Dixi. quare baptizat iohannes. quia oportebat ut  
 deus baptizaretur; quare oportebat ut deus baptizaretur quia multi contemp  
 tui erant baptismum. eo quod iam maiore gratia praediti uiderentur quam  
 uiderent alios fideles; uerbi gratia iam continenter uiuens. cathecuminus con  
 temneret & coniugatum. & diceret se meliorem quam ille sit fidelis; ille cathec  
 minus potest dicere in corde suo; quid mihi opus est baptismum accipere. ut  
 hoc habeam quod & iste quo iam melior sum. ne ergo ceruix ista praecipitaret  
 quosdam de meritis iustitiae suae plurimum elatos. baptizari uoluit deus a ser  
 uo. tamquam alloquens filios capitales; quid uos extollitis. quid erigitis. quia  
 habetis ille prudentiam. ille doctrinam. ille castitatem. ille fortitudinem

Querere dicitur  
 fit baptizans  
 a iohanne.

patientiae. numquid tantum habere potestis, quantum ego quid dedi. &  
 tamen ego baptizatus sum a seruo, uos dedignamini ad dno. hoc est ut imple  
 atur omnis iustitia; sed dicat aliquis, sufficebat ergo ut baptizaret dnm  
 iohannes, quid opus erat ut alii baptizarentur a iohanne. & hoc diximus.  
 quia si solus dñs baptizaretur a iohanne, non de esset ista cogitatio hominibus,  
 quod meliorem habebat baptismum iohannes quam dñs, Dicerent enim, usq;  
 adeo magnus erat baptismus quem habuit iohannes, ut solus xps illo fuerit dig  
 nus baptizari, ergo ut ostenderetur melior baptismus quem daturus erat dñs  
 & ille tamquam serui intellexeretur, ille tamquam dñi; baptizatus est dñs ut  
 praeberet humilitatis exemplum, non solus autem baptizatus est ab eo, ne  
 baptismus iohannis melior baptismi dñi uideretur, ad hoc autem uiam prae  
 buit dñs ihs xps sicut audistis frs, ne quis arrogans quod habeat abundan  
 tiam alicuius gratiae, dedignetur baptizari baptismi dñi, quantum cumq; eni  
 cathecumini proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suae portat, non illi di  
 mittitur nisi cum uenerit ad baptismum, quomodo non curuit populus isrl  
 populo aegyptiorum, nisi cum uenisset ad mare rubrum, sic praesura pecca  
 torum nemo carat, nisi cum ad fontem baptis mi uenerit, Facta est  
 ergo quaestio ex discipulis iohannis cum iudaeis de purificatione; baptizabat  
 iohannes, baptizabat xps, moti sunt discipuli iohannis, concurreratur ad  
 xpm, ueniebatur ad iohannem, qui enim ueniebant ad iohannem, mittebat  
 illos ad ihm baptizari, non mittebantur ad iohannem qui xpo baptizabantur,  
 turbati sunt discipuli iohannis & coeperunt quaestionem tractare cum iudaeis  
 quomodo solent fieri; Intellegas dixisse iudaeos maiorem esse xpm & ad eius  
 baptismum debere concurrere, illi nondum intellegentes defendebant bap  
 tismum iohannis; uentum est ad ipsum iohannem, ut solueret quaestionem;  
 Intellegat caritas uestra & hic utilitas ipsa humilitatis agnoscat & ostendi  
 tur utrum in ipsa quaestione eum errarent homines, fortasse enim dixit,  
 uerum dictis, recte contenditis, baptismus meus est melior, nam ut noue  
 ritur quod baptismus meus est melior, ipsum xpm ego baptizavi, poterat hoc  
 dicere iohannes baptizato xpo; quantum se si uellet extenderet & habebat ubi  
 se extenderet, sed melius nouerat apud quem se humiliar & quem se nouerat  
 nascendo ante cedere illi uoluit confitendo cedere, salutem suam intellegebat  
 in xpo esse; iam dixerat superius, nos omnes de plenitudine eius accepimus,  
 & hoc confiteri dñm est, quomodo enim omnes homines de plenitudine eius  
 accipiunt, nisi ille sit ds, nam si ille homo & non ds, de plenitudine di accipi  
 unt, & iam ipse, & non ds est, si autem omnes homines de plenitudine eius accipi  
 unt, ille est fons, illi bibentes, qui bibunt fontem & sitire possunt & bibere.

rubrum mare  
 figura baptis  
 mi

de plenitudine  
 eius accipiunt  
 p. m. g.

fons numquam siccus; fons seipso non aegret. fonte aegent homines, aridis  
 uisceribus, aridis faucibus currunt ad fontem ut reficiantur; fons fluit ut  
 reficiat. ita dñs ihs; uideamus ergo quid responderit iohannes. Uenerunt  
 ad iohannem & dixerunt ei, rabbi qui erat tecum trans iordanem, cui tu testi  
 monium perhibuisti, ecce hic baptizat & omnes ueniunt ad illum; hoc est,  
 quid dicis, non sunt prohibendi ut ad te potius ueniant. Respondit & dixit, non  
 potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo. De quo putatis  
 dixisse hoc iohannem, de se ipso, quasi homo acciperet de caelo. Intendat caritas  
 uestra; non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de caelo; Ipsi uos  
 mihi testimonium perhibetis quod dixerim, ego non sum xps, tamquam dicens,  
 quid uos fallitis, uos ipsi mihi quomodo proposuistis istam quaestionem? quid  
 mihi dixistis, rabbi qui erat tecum trans iordanem, cui tu testimonium per  
 hibuisti; hostis ergo quale testimonium illi perhibui; modo dicturus sum, non  
 esse illum quem dixi esse. ego qui aliquid accipi de caelo ut aliquid essem?  
 Inanem me uultis esse ut loquar contra ueritatem? Non potest homo accipere  
 quicquam, nisi fuerit illi datum de caelo; Ipsi uos mihi testimonium perhibetis  
 quod dixerim, ego non sum xps; non est tu xps, sed quid si maior illo, quia  
 tu illum baptizasti, Missus sum, ego prececo sum, ille iudex est; & audi testi  
 monium multo uehementius, multo expressius; uide & quid nobiscum agitur,  
 quid amare debeamus; uide & quia aliquem hominem amare pro xpo, adulteri  
 um est; quare hoc dico? attendamus uocem iohannis; poterat in illo errari,  
 poterat ipse putari qui non erat; respuit a se falsum honorem, ut teneat soli  
 dam ueritatem; uide & quid dicat xpm, quid se. Qui habet sponsam, sponsus  
 est; Casti estote, sponsam amate, quid autem tu es qui nobis dicis, qui habet  
 sponsam sponsus est? Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio  
 gaudet propter uocem sponsi; adert dñs dñs noster promoti cordis mei,  
 multo enim gemitu plenum est, dicere quod doleo; sed obsecro uos per ipsum  
 xpm, ut quod dicere non potuero uos cogitatis; noui enim dolorem meum ex  
 primi satis digne non posse; multos enim adulteros uideo, qui sponsam  
 tanto pretio emptam, amatam foedam, ut pulchra fieret, illo emptore, illo  
 liberatore, illo decoratore, possidere uolunt & id agunt uerbis suis ut pro spon  
 so amentur, De illo dictum est: hic est qui baptizat, quis huc exiit & dicit, ego  
 baptizo, quis huc exiit & dicit, ego quod dederō, hoc est scm, quis huc proce  
 dit & dicit, bonum est tibi ut nascaris ex me, Amicum sponsi audiamus,  
 non adulteros, sponsi audiamus zelantem, sed non sibi, fr̄s regredimini  
 corde ad uestras domus, carnalia loquor, terrena loquor, humanum dico  
 propter infirmitatem carnis uestrae; multi habetis coniuges, multi habete

multa & si uultis habuistis. Multa quomodo coniuges habere uultis.

uultis; de coniugibus patrum uestrorum nati estis; nullum core est quod non iste tangit affectus; nullus in rebus humanis tam auus a genere humano est, qui quod dico non sentiat; ponite aliquem peregre profectum commendasse amico suo sponsam suam; uide quales te carus meus es, ne forte me absente pro me aliquis ametur; qualis ergo ille qui custodit sponsam uel uxorem amici sui, dat quidem operam ut nullus alius ametur, sed si se amari pro amico uoluerit & uti uoluerit commendata sibi, quam de testandus uniuerso generi humano apparat, uideat illam aliquanto per uelantius per fenestram attendere, aut iocari cum aliquo, prohibet tamquam zelus, uideo zelantem, sed uideam cui, utrum amico absenti, an sibi praesenti, putate hoc dominum nostrum ihesum christum fecisse; commendauit amico suo sponsam suam, peregre profectus est accipere regnum sicut ipse dicit in euangelio, & tamen praesens est maiestate, fallatur amicus qui transiit profectus est, & si fallatur, uae illi qui fallit, quid cum fallere conatur dominum intuentem omnium corda, & omnium secreta rimantem, existit aliquis hereticus & dicit, Ego do, ego scifico, ego iustifico, uolo eas ad illam sectam, bene quidem zelat, sed uide cui; non eas ad idola zelat, non ad sortilegos, bene zelat, uideamus cui zelat; ego quod do sciam est, quia ego do, ego quem baptizo baptizatus est, quem non baptizo non est baptizatus; Audi amicum sponsi, discite zelare amico tuo; audi uocem illius, hic est qui baptizat, quare tibi uis arrogare quod tuum non est, usque adeo absens est qui hic reliquit sponsam suam, nescis quia ille qui a mortuis resurrexit, ad dexteram patris sedet, si contempserunt eum iudaei in ligno pendentem, tu contempnis in caelo sedentem, mouerit caritas uestra magnum dolorem me pati de hac re, sed ut dixi, dimitte cetera cogitationibus uestris; non enim dico si loquar tota die, si plangam tota die, non sufficio non dico, si habeam sicut dicit propheta fontem lacrimarum, sed si conuertar in linguas & linguae fiam, parum est, redeamus, uideamus quid dicit iste, qui habet sponsam, sponsus est, non est mea sponsa, & non gaudeo in nuptiis, immo gaudeo at, amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudeo propter uocem sponsi, non inquit gaudeo propter uocem meam, sed propter uocem sponsi gaudeo; ego sum in audiendo, ille dicendo; ego enim sum in luminandus, ille lumen; ego sum in aure, ille uerbum; ergo amicus sponsi stat & audit eum, quare stat, quia non cadit; quare non cadit, quia humilis est, uide stantem in solido, non sum dignus corrigam calciamenta eius solue, Bene te humilias merito non cadis, merito stas, merito audis eum & gaudio gaudeo propter uocem sponsi, sic & apostolus amicus sponsi zelat & ipse non sibi, sed sponso; audi uocem zelantis, zelo dei uos zelo dixit, non meo, non mihi sed zelo dei, unde quomodo qua-

zelas uel cui zelas. Desponsau enim uos uni uiro uirginem castam exhibete  
 xpo; quid ergo times. quare zelas. Timeo inquit ne sicut serpens seduxit euā  
 astuta sua. sic & uestri sensus corrumpantur a castitate quae est in xpo. Omnis  
 ecclesia uirgo appellata est. Diuersa esse membra ecclesiae. diuersis donis pol  
 lete uidetis atq. gaudete. Alii coniugati. aliae coniugatae. alii uiduati uxoribus  
 ultra non quaerunt. aliae uiduatae maritis ultra non quaerunt. Alii integritate  
 ab ineunte aetate conseruant. aliae uirginitatem suam de uouerunt. Di  
 uersa sunt munera. sed omnes isti una uirgo est. ubi ista uirginitas. non enim  
 incorpore; incorpore paucarum feminarum est; & si dici uirginitas in uiris  
 potest. paucorum uiuorum. scilicet integritas & iam corporis est in ecclesia. &  
 honorabilius membrum est. alia autem membra non incorpore. sed omnia  
 in mente seruant uirginitatem; quae est uirginitas mentis. integras fides. solida  
 spes. sincera caritas; hanc uirginitatem timebat ille qui zelabat sponso. a ser  
 pente corrumpti. sicut enim membrum corporis uiolatur in quodam loco  
 sic seductio linguae uiolat uirginitatem cordis; In mente non corrumpatur. quae  
 non uult sine causa tenere corporis uirginitatem; quid ergo dicam frs. &  
 heretici habent uirgines. & multae sunt uirgines hereticorum; uideamus si  
 sponsum amant. ut uirginitas ista custodiatur. cui custoditur. xpo inquit.  
 uideamus si xpo non donato; uideamus cui seruetur ista uirginitas. cito proba  
 re poteritis; ecce ostendo sponsum. quia ipse se ostendit; perhibet illi tes  
 timonium iohannes. hic est qui baptizat; o tu uirgo si sponso huic seruas uir  
 ginitatem tuam. quare curris ad eum qui dicit. ego baptizo. cum amicus sponsi  
 tui dicit. hic est qui baptizat. Deinde sponsus tuus totum orbem tenet. quare  
 tu in parte corrumperis. quis est sponsus. quoniam rex omnis terrae dicit; ipse  
 sponsus tuus totum tenet. quia totum emittit. uide quanta emerit. ut intellegas  
 quid emerit; quod praedium dedit; sanguinem dedit. ubi dedit. ubi fudit  
 sanguinem suum. in passione; Nonne sponso tuo cantas. aut cantate te fingis  
 quando emptus est totus orbis. foderunt manus meas & pedes. di numerauerunt  
 omnia ossa mea. ipsi uero considerauerunt & conspexerunt me. diuiserunt sibi  
 uestimenta mea & super uestimentum meum miserunt sortem. sponsa es. ag  
 nosce uestem sponsi tui. super quam uestem missa est sors. Interroga euā  
 gelium. uide cui dispensa sis. uide a quo arras accipias. Interroga euāgelium  
 quid tibi dicat in passione dñi. erat ibi tunica. uideamus qualis. de super texta.  
 De super texta tunica. quid significat nisi carnitatem. De super texta tunica.  
 quid significat nisi unitatem. hanc tunicam ad tendere quam nec persequuto  
 res xpi diuiserunt; at enim; dixerunt inter se; non diuidamus eam. sed sortem  
 super eam mittamus; ecce unde audistis psalmum. uestem persequuto res

Virginitas  
 mentis.

non considerunt. xpiani ecclesiam diuidunt. sed quid dicam fr̄i aperte  
 uideamus quid emerit; ibi enim emit. ibi p̄rium dedit; pro quanto dedit. si pro  
 africa dedit. si unus donatistae & non appellemur donatistae, sed xpiani. quia x̄p̄s  
 solam africanam emit. quamquam & hic non solum donatistae; sed non tacuit in com-  
 mercio suo quid emerit; fecit tabulas. dō gratias. non nos fefellit. opus est ut audi-  
 at illa sponsa & ibi intellegit cui uouerit uirginitatem; ibi in ipso psalmo ibi dic-  
 tum est. foderunt manus meas & pedes. dinumerauerunt omnia ossa mea. ubi  
 passio dñi aperissime declaratur; qui psalmus omni anno legitur nouissima ebdo-  
 madae intento uniuerso populo. imminente passione x̄p̄i. & apud nos & apud illos  
 psalmus iste legitur. Intendite fr̄i mei quid ibi emit. recitentur tabulae cōmer-  
 ciales. quid ibi emit audite; commemorabuntur & conuertentur ad dñm uniuers-  
 si fines terrae & adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium.  
 qm̄ ipsius est regnum & ipse dominabitur gentium; Ecce quid emit. ecce  
 qm̄ d̄s rex omnis terrae est sponsus tuus; quid ergo ad pannos uis deduci  
 talem diuitem. agnosce. totū emit. & tu dicis partem; hic habes o placere  
 sponso. o si non corrupta loquereris & corrupta quod peius est corde. non cor-  
 poris; Amas hominem pro x̄p̄o. Amas dicentem. ego baptizo; amicum sponsi  
 non audis dicentem. hic est qui baptizat. Non audisti dicentem qui habet spon-  
 sam sponsus est. ego non habeo sponsam dixit; sed quid sum. Amicus autem  
 sponsi qui stat & audit eum. gaudio gaudet & propter uocem sponsi; e uidenter  
 ergo fr̄i mei nihil prodest istis seruaſe uirginitatem. habete continentiam.  
 elemosinas date. omnia illa quae laudantur in ecclesia nihil illis profunt;  
 quia conscindunt unitatem. id est tunicam illam caritatis; quid faciunt.  
 disertisunt. multi inter illos magnae linguae flumina linguarum; nūquid  
 angelicae loquuntur. Audiant amicum sponsi zelantem sponso non sibi;  
 Si linguis hominum loquar & angelorum. caritatem autem non habeam. fac-  
 tus sum eramentum sonans aut cymbalū tinniens; Sed quid dicunt. habe-  
 mus baptismum; habes. sed non tuum; aliud est habere aliud dominari; bap-  
 tismum habes. quia accepisti ut baptizatus sis; accepisti tamquam in lumina-  
 tus. si tamen ate non tenebratus; & quando das. minister das. non possessor;  
 praeco clamas. non iudex; per praconem loquitur iudex. & in actis tamen  
 non scribitur. praeco dixit. sed iudex dixit; proinde uide quod das situū  
 est potestate; si autem accepisti. confitere cum amico sponsi. non potest  
 homo accipere quicquam nisi datum fuerit ei de caelo; confitere cū amico  
 sponsi. qui habet sponsam sponsus est. amicus autem sponsi stat & audit  
 eum; sed o si staret & audiret eum & non caderet ut audiret te; audiendo enim  
 eum staret & audiret. nam loqueris & tibi caput inflas; ego inquit ecclesia. si

sponsa sum. si arras accepi. si pro sanguinis illius redempta sum. audio  
 uocem sponsi. & uocem amici sponsi tunc audio si sponso meo de gloria.  
 non sibi. Dicat amicus; qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi  
 stat & audit eum & gaudio gaudet propter uocem sponsi; ecce habes sacra  
 menta & ego concedo; habes formam. sed sarmentum es de uite praecisum;  
 tu formam ostendis; ego radicem quaero; De forma fructus non exit. nisi  
 ubi est radix; ubi autem est radix nisi in caritate? & audi formam sacramen  
 torum; paulus loquitur; si sciam inquit omnia sacramenta & habeam omnem  
 prophetiam & omnem fidem; & quantam fidem; ita ut montes transferam.  
 caritatem autem non habeam nihil sum; Nemo ergo uobis fabulas uendat; &  
 pontius fecit miraculum. & donatus orauit. & respondit ei dominus de caelo; pri  
 mo aut falluntur aut fallunt; postremo facillimum montes transferre; caritatem  
 autem inquit non habeam nihil sum; Uideamus utrum habuerit caritatem;  
 crederem; si non diuisis & unitatem; nam & contra istos ut sic loquar mirabi  
 liarios. cautum me fecit dominus meus dicens; In nouissimis autem temporibus  
 exsurgent pseudo prophetae facientes signa & prodigia. ut inducant si fie  
 ri potest & iam electos. ecce praedixi uobis; ergo sponsus cautus nos fecit.  
 quia & miraculis decipi non debemus. aliquando enim & desertor terrae pro  
 uincialem. sed utrum in castris sit. & aliquid illi pro sit character ille in quo sig  
 natus est. hoc attendit qui terreri & seduci non uult; teneamus ergo unitatem  
 fratrum mei; praeter unitatem & qui facit miracula nihil est; In unitate enim  
 erat populus israhel. & non faciebat miracula praeter unitatem erant magi  
 pharaonis & faciebant similia moysi. populus israhel ut dixi non faciebat;  
 qui erant salui apud dominum. qui faciebant. an qui non faciebant; petrus aposto  
 lus resuscitauit mortuum. simon magus fecit multa; erant ibi quidam  
 christiani qui non poterant facere nec quod faciebat petrus. nec quod faciebat  
 simon; sed unde gaudebant; quia nomina ipsorum scripta erant in caelo;  
 Nam & redeuntibus discipulis dominus noster ihesus christus propter fidem gentium hoc ait;  
 Dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli; ecce domine in nomine tuo & iam demo  
 nia nobis subiecta sunt; Bene quidem confessi sunt. deulerunt honorem  
 nomini christi; & tamen quid eis ait; Nolite in hoc gloriari quia demonia uobis  
 subiecta sunt. sed gaudeat quia nomina uestra scripta sunt in caelo; petrus  
 demonia exclusit. nescio quae ancilla uidua. nescio quis homo qualis cumque.  
 laicus habens caritatem. tenens integritatem fidei non facit hoc; petrus in  
 corpore oculus est. ille incorpore digitus est. in eo tamen corpore est in quo  
 petrus; & si minus ualeat digitus quam oculus. non est tamen praecisus a corpo  
 re; melius est esse digitum & esse incorpore. quam esse oculum & euelli

de corpore; proinde fr̄s mei nemo uos fallat. nemo uos seducat. Amate pacē  
 xp̄i qui pro uobis crucifixus est cum d̄s esset; paulus dicit, neq. qui plantat  
 est aliquid neq. qui rigat sed qui incrementum dat d̄s. & quisquam nostrū  
 dicit quia aliquid est. Si dixerimus quia aliquid sumus & non illi gloriam  
 dederimus. ad alteri sumus. nos amari uolumus non sponsum; uos xp̄m dili-  
 gite. & nos in illo. in quo & uos a nobis diligimini; inuicem se diligant membra.  
 sed omnia sub capite uiuant. Dolere quidem fr̄s mei multa coactus sum di-  
 cere. & parua dixi. lectionem finisse non potui. adert d̄s ut oportune finatur;  
 nolui enim amplius onerare corda uestra. quae uolo uacare gemitibus &  
 orationibus pro his qui adhuc surdi sunt & non intellegunt. **EXPL. TRACT. XIII**

**INCIPIT XIII. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. HOC ERGO GAUDIUM  
 MEUM IMPLETUM EST. ILLUM OPORTET CRESCERE. ME AUT  
 MINUI. USQ. AD ID QUOD AIT. QUI CREDIT IN FILIUM HABET UITAM  
 AETERNAM. QUI AUTEM INCREDULUS EST FILIO. NON UIDEBIT  
 UITAM SED IRADI MANET SUPER EUM.**

**L**ectio ista de sc̄o euangelio excellentiam diuinitatis d̄ni nr̄i ih̄u xp̄i & hu-  
 militatem hominis qui meruit dici amicus sponsi. nos docet ut distin-  
 guamus quid intersit inter hominem hominē. & hominem d̄m. Quia homo  
 d̄s d̄ns noster ih̄s xp̄s. d̄s ante omnia saecula. & homo in nostro saeculo.  
 d̄s de patre. homo de uirgine. unus tamen atq. idem d̄ns & saluator ih̄s xp̄s  
 filius d̄i d̄s & homo. Johannes uero excellentis gratiae missus ante ipsum.  
 inluminatus ab illo qui lumen est; De iohanne enim dictum est. non erat ille  
 lumen sed ut testimonium perhiberet de lumine; potest quidem dici lumen  
 & bene dicitur & ipse lumen. sed inluminatū non inluminans; aliud est enī  
 lumen quod inluminat. aliud lumen quod inluminatur; nam & oculi nr̄i  
 lumina dicuntur. & tamen in tenebris patent & non uident. Lumen autem  
 inluminans seipso lumen est & sibi lumen est. non indiget alio lumine ut luceat  
 possit. sed ipso indigent cetera ut luceant. Confessus ergo est iohannes sicut  
 audistis. quia cum discipulos multos faceret & ih̄s. & perferretur ad eum uelut  
 qui instigaretur. quasi in uido enim narrauerunt. Ecce ille facit plures  
 discipulos quam tu. ille confessus est quid esset. & inde meruit ad ipsum per-  
 tinere. quia non est ausus sedicere quod est ille; hoc ergo dixit iohannes; non  
 potest homo accipere quicquam. nisi fuerit ei datum de caelo; ergo xp̄s  
 dat. homo accipit; ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim  
 ego non sum xp̄s. sed quia missus sum ante illum; qui habet sponsam spon-  
 sus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum. & gaudio gaudet propter  
 uocem sponsi; non sibi gaudium fecit de se; qui enim uult gaudere de se.

chr̄s & deus  
 & ho.  
 Jos hō tm̄